

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christoph Luckow Ludwig Flottwell

**Disputatio Legalis XVI. De Quatuor Obligationum Ex Delictis Privatis
Provenientium speciebus Furto nimirum Rapina, Damno iniuria dato, & iniuria**

Rostochii: Praelo Reusneriano, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728670259>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 17. Feb. 1610
Lucovii, Christ.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn728670259/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn728670259/phys_0003)

DFG

DISPUTATIO LEGALIS XVI.

De.

QVATUOR OB-
LIGATIONUM EX DE-
LICTIS PRIVATIS PROVÉNIEN-
tium speciebus Furto nimirum Rapina,
Damno injuriā dato, & injuria

quam

Divina annuente clementia

sub Präsidio

Dn. CHRISTOPHORI LVCOVII
ROSTOCHIENSIS


in Incluta Academia Megapolensi

Dominis Collegis suis Examinandam proponit.

LUDOVICUS FLOTWEL Regiomont.
Boruss.

ad XVII. diem Februar.

horis locoq; insueto.

I. D. 70. 38. 

ROSTOCHII

Prælo Reusneriano, Anno M. DC. X.

21. Iulij Dachissimum. Dn. Petrum Viatorem ad thesiun
1610. Xamen invitat. X.



Viro Amplissimo & consultissimo,

Dn. DIRSCHOVIO, J. U. D.
clarissimo, & illustrissimi ac potentissimi Principis
Boruss. &c. Consiliario dignissimo, affini & fau-
tori meo plurimum colendo.

E T

Spectatissimo & integerrimo, longoq; rerum usu & ex-
perientia conspicuo viro,

Dn. LUDOVICO Flotwell/ Inclutæ Reip. Re-
gimontanæ, civi primario Parenti meo longè
carissimo æternumq; colendo,

Hosce mei legalis Studij fœtus, in debiti obsequi
symbolum,

D. D. consecrat.

Respondens auctor.





Connexio.

Expeditis duobus causarum generibus, ex quibus obligationes nascuntur, quorum alterum verum, alterum improprium contractum respicit, ut tertium cum Deo hac præsenti disputatione subnectamus, ordinis nostri propositi cursus postulat.

THESIS I.

Ertium causarum genus, ex quibus obligationes proficiuntur, Imper. noster constituit maleficium, (a) seu delictum, (b) idq; facit publicum aut privatum, (c) hoc, missio primo, (d) est quod ad incommodum vitæ privatæ principaliter (e) tendit, cognitione quoque judicis pedanei vindicatur. Cujus quatuor potissimum (f) sunt species, Furtum, (g) Rapina, Damnum, injuriā datum, Injuria.

a) *S. ult. Instit. de obligat. princ. instit. de obligatqua ex delict. nasc.* Quo quartum instit. librum redē aūspicari cum Wesenb. instit. hic. § 1. quamvis Hotom. & Emil. Ferret. contrarium teneant; arbūramur. b) lices hoc illo generalius aliquando attestante Cajac. lib. 10. quæst. Papin. accipiantur, hic tamen cum Donell. 15. comm. 23. in princ. & Vult. in princ. Instit. b. t. num. 4. Synonimos accipientibus, facimus, d. S. fin. instit. de obligat. cum d. princ. instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. (c) S. patrati quidem tituli, unus de privatis delictis, alter de extraordinar. crimin. f. crimina à delictis & maleficij distingui, manifestum reddunt. Delicta a. etiam sub se publicum judicium comprehendere per l. 1. & l. quædam 14. ff. de pen.

f. p. pén. l. aliud est fraus. 131. f. de V. S. Cujac. in parat. hic. Donel. & Vult. dd. loc. convenienti, cont. comm. Dd. Delicta publica à privatis hodie distingui negantum opinione negligita cum Treutl. disp. 31. th. i. lit. a. & Foman. disp. 26. th. i. lit. b. affirmativè concludimus dissent. Gypb. disp. 49. n. 14. (d) quippe publica, non ad materiam verum & obligatum, sed ad extraordinaria judicia referuntur, nec reip. ad pecuniariam rem, sed ad panam corporalem devincuntur, & esemb. in princ. Inst. hic n. 7. (e) dico principaliter, nam secundario & resp. offenditur, offendo enim privato offenditur & resp. Foman. disput. 26. in contin. lit. b. (f) puta ordinaria quibus certa pena, certaq. judicandi forma est adjudicata, l. si quis f. de priv. delict. l. ult. ff. de furti. alias plures sunt species, quæ tamen cum non sint vera, sed quasi aut extraordinaria delicta, rectè ab his segregamus, Durar. ad tit. de extraordin. crimin. (g) quod Carolina constitutio non facit publicum, nam & olim furti criminaliter agebatur, l. ult. ff. de furt. l. penult. de condit. caus. dat. caus. non sec. Marant. in prax. aur. p. 6. n. 206. dissentire videtur & esemb. in parat. ff. de furt. n. 15.

II.

Furtum, quod alij à fraude, alii à fraude, alii à furvo deducunt, (a) quorum omnium postremi, ad furtum proximè accedunt, (b) ob frequentiam præponitur. & est contrectatio (c) fraudulosa (d) lucifaciendi gratia (e) vel ipsius rei (f) vel etiam usus ejus, (g) possessionisve, (h) quod jure naturali prohibitum est admittere, (i).

a) l. i. ff. de furt. § 2. Instit. b. t. b) quia furtum eo quod clam & obscure fit à rapina distinguitur, neq; resert, quod minus concinnè Grammaticis sit positum, & Cui enim res portus quam verba spectant Vult. hic § 1. n. 2. c) Contrectare hoc loco non tantum attingere, sed & movere, abuti, auferre, opem ferre, vel etiā res sublatas recipere significat, l. 3. § si rem 18. de acquir. poss. Treutl. disp. 30. th. i. lit. f. Ergo non solus animus l. 1. § 1. b. t. (quod verum est in fori non in poli foro, ubi solus etiam animus sufficit, Harpr. hic in § furtum autem i. n. 4.) neq; conatus furandi sufficit. l. vulgaris 21. § qui furti b. t. nec etiam consilium solum ad furtum faciendum l. 36. l. 62. ff. de furt. § 11. Instit. eod. sed consilium dare & opem ferre, quod tunc nocet, quando contrectatio est subsecutal. in furti 20. § ope i. l. § quis 52. in princ. ff. § furt. § neq; 19. Instit. eod. Gomeiz. 3. variarum resolut. c. s. n. ii. Broncb.

4. affer.

4. assert. 73. Pacius cent. 4. quæst. 24. d) l. qui injuria 53. de furt. fine fraudulenta enim voluntate & affectu furandi furium non sit. & item si sit de V/sfruc. & placuit 7. b. t. e) l. verum 39 l. qui injuria 53 ff de furt. ex qua furtum estimatur l. 4. & item Labes ait 10. l. non solum 33. & quod vulgo ff. de V/sfruc. fraudulosa n. contrectatio absq; lucrisaciendi causa facta. furū non est l. verum 25. ff. eod. f) accipe res mobilis; immobilium enim furtum non sit l. 125. in princ. ff. de furt. & quod autem 3. ff. de V/sfruc. & l. qui rem 38. ff. de V/sfruc. quibus Masurijs, Sabini, & Manlijs sententia, existimantur fundi furtum fieri posse, est rejecta. Gothofr. ad l. 38. ff. de V/sfruc. Et incorporalis l. 75. ff. eodem, quia res in corpore a non cadunt sub sensu exteriorum. & contrectationem respiciunt. g) ut si commodatarius re commodata, depositarius re deposita, creditor pignore, aliter urantur quam conventum est l. qui jumenta 40. l. si pignus 54. ff. de furt. & 6. instit. de furt. Haypr. § 1. num. 37. h) ut si res furtiva bona fide empta possidenti, vel pignus creditor i auferatur, qui habent actionem furii d. & furti autem actio b. t. i) Plato 11. de leg. 2. ἀ μὴ καθέδε πὴν αὐτές, hoc est, quod non possumus ne auferas l. 14. de condit. in deb. Ergo furtum jus naturale & gentium puniri requirit Gadd. in l. probrum 42. de V. S. Vult. ad princ. instit. n. 3. diss. Alciat in d. l. probrum 42. de V. S. n. 34. & s. Est enim revera natura probrum teste Fcto Paulo in l. 1. & fin. ff. de furt Vlpiano in l. 42. de V. S. & Justiniano in §. 1. Inst. de Obligat. ex delict. Vnde famis aut nuditatis necessitate furtum committi arbitramur, licet panis mitigatione in eum mereri non diffueamur, per c. 3. exir. de furt. Badius diss. 29. ib. 3. Dissent. comm. Dd. schola.

III.

Furtorum genera potissimum (a) duo sunt (b) manifestum in quo fur deprehenditur, (c) & nec manifestum contra, (d).

a) de reliquis ex adjunctis & subjectis desumptis furtorum generibus, qualia sunt Furium conceptum, Oblatum, non exhibitum, diurnum, nocturnum, domesticum securis Justinianum nobis sermo non erit, de quibus vide Henon. disput. 13. ib. 3. & Vult. ad § 1. de Obligat ex delict. b) l. 2. ff. de furt. Cujac. lib. 13. ad edict. § nam conceptum in princ. b. t. quod & nostris moribus retineri putamus vel ad panam levandam, vel ad exasperandam P. H. O. artic. 157. vers. ehe er damit in seine gewarsam kompt. & artic. seq. Öffentlicher vnd heimlicher Diebstal. Treut. die

Put. 30. th. 1. in fin. Cujus in parat. C. b. t. in fin. dis^s. Melchior. Kling.
brc n. 3. Obrech. disput. 50. th. 15. c) quod si tribus modis, vel in ipso
actu, l. 3. § 1. ff. de furt. vel in eo loco in quo sit furtum & furtorum. b. t.
Vel deniq^{ue} quando offenditur antequam rem eo loci quo destinaveris perver-
serit d. l. 3. § fin. & l. 4. ff. de furt. Foman. disp. 26. th. 2. lit. b. Vult.
bic § 1. n. 6. in quo non visum sed & clamorem attendendum esse dicte. Vult.
& loco n. 7. argumento l. si quis 7. ff. de furt. etiam si quoq^{ue} alius acclama-
veris. l. 8. de furt. Nos exercitijs gratia solum visum sufficere defendemus
ex d. § 3. vers. imo l. 7. § sed Celsus ff. b. t. Clarus s. recept. sentent. § furt-
um n. 2. d) quod scilicet in prædictorum casum unum non incidit, id
enim tanquam contrarium ex contrarij sui definitione intelligitur l. nec ma-
nifestum. 8. ff. b. t.

IV.

Causa efficiens furti est fraudulosa contrectatio,
(a) Materia res aliena. (b) Forma ipsa contrectatio
(c) Finis furti lucrum. (d).

a) l. 1. § pen. Inst. b. t. Wesemb. in parat. b. t. n. 9. Furiosus itaq^{ue} &
in fars in furei crimen non incurrit, quia non sunt dolci capaces, & in eos
delictum non cadit, l. 5. § & ideo, ff. ad L. Aquil. l. 3. § 1. de injur. Do-
nelli. 1. com. c. 22. licet in impuberibus pubertati proximus aliud obtineat,
l. 23. ff. de furt. l. 5. § ideo ff. ad L. Aquil. § 18. instit. b. t. Dubium hic
se offert, quia hodie ex constit. Carol. V. pena furti ferè capitalis sit, an im-
pubes pubertati proximus capitaliter puniri possit? Non posse verius est,
licet verberibus aliave arbitraria pena, offici posse cum Hœnon. &
disput. jur. 13. th. 5. non insciemur. Ex prædictis apparet, furem non esse,
qui rem alienam surripuit, quam paravit se domini voluntate attingere, l.
46. §. recte 7. ff. de furt. § 7. Instit. eod. Contra si quis domino invito se
contrectare putat, cum fiat eo consentiente, an furtum fecisse dicatur, ex con-
troversis admodum quoq^{ue} controversum invenitur, ob dissonantiam scil. l.
46. § pen. ff. de furt. cum § 8. Instit. de Obl. ex delict. ? Negativam de-
fendit. Gometz. tom. 3. var. resol. c. 5. n. 1. Hœnon. disp. 18. quæst. illust.
th. 13. Affirmativa arridet Vult. § 1. Instit. de Obl. ex delict. n. 32. Alciat.
lib. 1. disp. c. 10. quibus subscribimus per d. l. 46. § 7. ff. de furt. & l. 53.
in princ. ff. eod. b) dicimus res aliena, nam propria proprie furtum non
sit. l. qui injuria. 53. § fin. b. t. respectu verbi juris, quod alius in re illa ha-
bet, propria rei sit furtum, l. si is qui 66. l. creditor. 15. § fin. b. t. Non in-
concinne

soncinnè hic queritur, an filius fam. Patri, uxor marito, servus domino, furtum facere possint? Posse verius est, licet contra eos non detur furti actio. l. 5. C. de furt. l. 6. § 1. ff. de bis qui nos. infam. l. 16. l. 17. l. 61. in pr. ff. de furt. § 12. instit. eod. Nonon. disputat. jur. 13. th. 12. lit. o. & seq. Nec non an etiam res minima fiet furtum? Nos, quia fraus non in quantitate sed in qualitate consistit, affirmantis familiæ inserviemus § 1. instit. de furt. § Gallinarum Instit. de Rer. div. l. pavesnum. ff. de furt. l. 22. in fin. ff. de dam. instit. Diff. Zaf. 2. sing. respons. c. 26 ad cuius argumenta respondet. Bronch. 4. aff. 70. c) Estq. vel fideli, vel verè, Verè, si res auferitur, vel in alium usum vertitur, Fide, quando iuriis interpretatione res pro ablata habetur, ut in receptacoribus furum & rerum furtivarum, & in illis qui opem praefiterunt, Roman. d. disp. ib. 4. d) l. 1. § fin. ff. de furt. § 1. instit. eod. Hinc tabellarium pecuniam sibi enumeratam, in suum usum convertentem, furti crimen incurvare, per l. 7. ubi Curt. & Dec. C. defurt. & l. 22. § 7. ff. mandat. defendemus. Non tamen ille furtum committere dicitur, qui injuria causa januam effregit, quamvis inde per alios res amata sint l. 13. in prin. ff. b. t. Nec ille qui alienam ancillam meretrice libidinis causa rapuit, vel celavit. l. 39. ff. de furt. Nec ille, qui joco & animo restituendi rem alicui abstulit, licet facultas restituendi deinde deficiat.

V.

Effectus est actio furti nomine multiplex, (a) quæ datur in personam, vel in rem, (b) in personam, ad poenam (c) vel ad rei persecutionem (d) ad poenam datur actio furti civilis, (e) aut criminalis (f).

a) idq. odio furum introductum aii Imp. in § 14. Inst. de Action. b) rei scil. vindicatio, quā quis non tantum contra ipsum furem, sed & quemvis bonafidei possessorem rei furtivæ potest stringere. l. 2. C. de furt. nec non ejus preparatoria, actio scil. ad exhibendum argumento. l. 6. ff. de R. V. § fin. instit. b. t. c) quā actione institutā salva nihilominus remanet rei vindicatio, & cōdictio furtiva. l. si pignore 54. § cū furti ff. de furt. Unde fur suspendendus res furo subtrahat, vel ejus estimationem restituere domino tenetur, per d. l. 54. § 3. l. 48. in princ. ff. de furt. Gomeir. 3. resol. 5. n. §. Rober. disp. 19. ib. 6. diff. Treut. p. 2. disp. 50. ib. 3. lit. c. quare nec magistratus easdem sibi retinere poterit. Quod cum in aliquot locis au- diamus vigere, non dubitamus à jure scripto & naturali aquitare esse alieni
l. si 54. b)

l. si captivus 20. f. verum i. ff. de capr. & post l. rev. Dam haud in prae-
crim. de furt. c. 110. n. 52. Schneid. § fin. h. tit. n. 2. d.) fult. Instit. h.
t. l. 7. § 1. ff. de condic. furt. ad quam datur condicō furtiva, ubi ardua
illa & perplexa quæstio incidit. Utrum condicō furtiva contra heredes,
in solidum, vel in quantum ad eos pervenit, aut quatenus praestare possunt,
detur? Nos magni illius FCis Cujac. 13. Observ. 37. quem Vult. ad §.
plane n. 10. & seq. Inst. de action. sequitur, opinione relata, rationibus & l.
prius amplectimur, de quo elegant. Anton. Fab. 4. conject. 1. & Bronch. 2. ass.
39. e) ad panam quadrupli si furū est manifestum, de jure prætorio. § fur-
tum Inst. de noxa. Tempor. action. & dupli si est nec manifestum de jure
civil. l. s. ff. de furt. qua datur omnibus, quorum inter est furium non fieri,
& ad quos damnum ex resurrepta redit, l. 48. § 1. l. 20. § 1. l. 4. §. si res
eam sequi ff. b. t. § item is Inst. quib. mod. re contrah. oblig. § item si fullo
Instit. h. t. adversus conrectantem, non vero contra ejus heredes, cum sit
mera pœnalis l. sanctimus C. de pen. f) hodie cum actio dupli vel quadrupli
in desuetudinem abierit, ejus in locū succedit ordinaria strangulationis pena,
idq; si furtum ter sit iteratum, & res furtiva excedat 5. solidos aureos ex
constit. Caroli V. P. S. D. artic. 157 que pana utrum sis justa & huic delicto
conveniens eleganter diff. VVseemb. in parat. ff. de furt. in fin. qui affirmative
concludit. Facunda disquisitionis est, an ab hac pana liberetur furt, vel alius
mortis reus, si à puella in matrimonium petatur? Affirmativam nulla suffi-
cienti ratione suffultam putamus Treut. p. 2. diff. 30. th. 3. lit. 2. Diff.
Chass. in consuetud. Burgund. tit. des justices § 2. quem sequitur Clat. lib.
5. recept. sent. § fin. quæst. 93. n. 6. quid si rupto fune, fur de patibulo ce-
ciderit, an pana dictæ constit. cesseret? Non cessare dicimus, licet à magistra-
tu ex mera gratia dimitti posse cum Niell. diff. feud. 11. th. 3. lit. d. nou-
inficiemur diff. Gomez. 3. var. resol. 13. n. 37. uers. sextus cas.

VI.

Altera privati delicti species est rapina (a) que
dolosa (b) & violenta (c) rei (d) conrectatio defini-
tur.

a) tot. tit. Instit. & ff. de vi bonor. rapt. quæ ut differt à furto vide
Vult. ad princ. instit. d. t. ubi plurimas differentias affert, & Cujac. 6.
obser. 2. Sciendum tamen raptorem furem improbum, princ. instit. de vi
bonor.

bonorum rapt. Improbriorem l. item si cum 14. § qui vim 12. quod met. causa-
sal. 2. § 10. ff. b. t. & atrociorum l. i. § 1. ff. de effractor. & expilat.
¶ Cis dici Schneid. ad § 1. n. 7. Instit. b. t. b) nam sine dolo non sit
rapina l. 2. in princ. § 18. ff. de ai bonor. rapt. c) Est autem vis defi-
niente Paulo in l. 2. ff. quod metus causa. Majoris rei impetus, qui repellit
non potest, ubi bene notandum Dd. V. violentiam dare species. Compulsi-
vam, Turbativam, Inquietativam, Expulsivam, & Ablativam, pro quarum
postremā, actio vi donorum rapt. competit, de quibus vide Schneid. ad § 1.
n. 2. & seq. justi de vi bonor. rapt. d) scil. mobilis, immobilia enim cum
dicuntur rapi latè id sit, & impropriā significatione, cum eorum potius sit in
ratio. § penult. Inst. de Rap. l. 5. l. 7. C. unde vi. Vnde ex lege Julia vis
privata, & interdictum unde vi resultat, l. 4. C. unde vi. Hominum quoq;
rapina est, qua injure raptus dicitur Rubric. C. de rapt. virg. cuius capitale
scelus est, & in publicum incidit judicium l. unica C. de rapt. Virgin. l. 5. C.
de Epif. & Cler. Occasione hujus queri libet an panal. unica C. de rapt. virg.
cum etiam teneat, qui non vi, sed blandis verbis, absq; artibus persuasam vo-
lentem adduxerit, quod putamus. Quid de meretrice raptā? Cum Ioh. à
Linderhaus. diff. 18. ib. 5. lit. b. negativè sentimus.

VII.

Causa efficiens est mens fraudulosa & vis (a) Ma-
teria res aliena (b). Forma contrectatio violenta,
(c) finis rapti appetitus (d).

a) Nam qui per errorem aut ignorantiam rem alienam existimans
suam esse rapuit, actione vi bonor. rapt. non convenitur, § ita tamen ubi
Ang. Instit. b. t. Verum di valibus constitutionibus, ab hujusmodi rapina
quoq; sub pana in l. 7. C. unde vi contenta & ab Imp. Inst. in § 1. Inst. de
vi bon. rapt. repetita, est abstinentium. Quia autem cum dolus in animo
consistat difficultas ejus probatio ex perspicuis indicijs dicunt Diodet. &
Maxin. in l. dolum 6. de dolo malo b) d. § ita b. t. mobilis vel se movens,
prophana & minima, vide supr. tb. 6. lit d. Nam sacrarum rerum abla-
tione sacrilegium committitur tot. tit. ff. & C. de crim. sacril. c) in
pr. Instit. b. t. in verbis qui vi rapiit, furtum autem violenter & clancu-
lum sit § furtum 2. Instit. de Obligat. que ex delict. rapina imprudenter
& vi. d. princ. Instit. b. t. l. 1. § 23. ff. d. t. Wesemb. in parat. ff. d. t. n. 1.
Borch. ad d. § furtum, Diff. Pacius ad princ. Inst. b. t. lit. i. Rāpinam clam
fieri existimans, d) qui etiam ob ultionem & petulantiam fieri potest, &

B

ita non

ita non solum furandi hoc est lucrandi, sed etiam *injuria* causa: Quare placuisse
specie^{re} actione hoc crimen co*erceri*, causa finalis enim maleficia distinguuntur.
l. qui *injuria* ss. ff. de furt. l. s. ff. de injur. *W*esemb. ad rubr. instit. bic.

VIII.

Effectus est actio vi bonorum raptorum, quae datur omnibus, (a) quorum interest rem per vim non esse ablatam, adversus raptorem, (b) intra annum (c) in quadruplum, (d) post annum vero in simpulum (e).

a) l. 2. § generaliter 23. b. t. etiam successoribus & heredibus l. 2.
§ ult. ff. b. t. b) vel eum, qui causam rapinae dolo malo dedit, l. 2. §. si
quis h. t. non vero contra successores, quia penalis est, c) scil. utilium d.
l. 2. § in hac actione ff. d.e. d) cui non solum pena inest, sicuti in actione
furii manifesti, sed etiam rei persecutio? Hic elegans incidit quastio, an
furti manifesti actione etiam raptor teneatur? Affirm. per l. 80. § 3. ff.
de furt. diff. Myns. ad princ. Instit. vi bon. rapt. n. 2. Non autem simul
vi bon. rapt. agi potest. Cujac. 8. observ. c. 24. quia major actio permisit
minorem, l. i. ff. b. t. d.l. si quis egerit ff. de furt. Quid. si vero furti nec manife
sti ageretur anne recte? Affirm. cum Borch. & Vult. hic n. 10. diff. VVE
semb. cum qua tamen concurrit vi bonor. rapt. actio in eo quod actione furti
consequi non posuit. Hodie pena gladii in raptiores ad damnnum est con
stituta P. H. D. artic. 126. e) Effluxo igitur anno, non panam quae
est triplum sed solam rem persecutur, unde queritur Dd. cur raptor
mitius puniatur, quam fur. varijs varia recensem rationes, quas referit &
refutat Vult. ad § i. n. 13. Inst. b. t. Cpi sententia cum Treuil. p. 2.
diff. 30. ib. 4. lit. e. ad stipulamur.

IX.

Hæc de prioribus duabus privati delicti specie
bus, furto nimirum, & rapina; Succedit damnum
& *injuria*. Damnum (a) per injuriam datum, (b)
est *tertia* privati delicti species, quo quis dolo, (c)
vel culpa, (d) servum alienum, (e) aut quadrupedem
quæ pecudum numero continetur, (f) occiderit: (g)
aut alioquin alienum hominem vel quadrupedem,
quæ pecudum numero est vulneraverit, vel non est.

occidit.

occiderit: aut etiam res alienās vulneraverit, frege-
rit, ruperit, iussurit. (h) Quorum hoc ad tertium, illud
ad caput primum legis Aquiliæ refertur (i).

a) generaliter sumptum est omne detrimentum, quod alter per alterum sentit, aut sentire potest, Treut. p. 1. disp. 18. th. 1. dictum ab ademptione & quasi diminutione patrimonij l. 3. de dam. infed. Donell. 15. com. 25. fitque vel jure ut in § injuria Instit. de L. Aquilia, vel prater jus tot. sit. ff. si quad. paup. fec. dic. tot. tit. ff. de bis qui effud. quod damnum est sine injuria faciens datum, etiam unde delictum improprium nomina-
tur, Vult. 1. f. R. c. 49. Vel injuria qua non est patrimonij diminutio, sed corruptio & deterioratio § 13. Inst. b. t. l. 27. § 15. l. 30. § 3. ubi gloss. ff. ad L. Aquil. b) § in ceteris Instit. b. t. Dicitur autem etiam injuria damnum l. 1. 3. ff. defurt. veteres enim pro ablative genetivum graco more posuere, vel injuriā dñnum l. 1. in prin. ff. b. t. dicitur etiam L. Aquilia, eo, quod ab Aquilio Tribuno tanquam plebiscitum sit lata, nec tamen quia plebs plebeo magistratu interrogante, veluti Tribuno, constituebat, plebisci-
tum appellatur, sed quia eundem, quem lex, habet effectum, rectè lex dicitur Vult. bic n. 3. & seq. Dicimus autem cum Treut. disp. 18. th. 4. non constare satis quo tempore hac lex sit promulgata, eum tamen antiquissimam esse dicimus: quippe de ea dis putavit. Q. Mut. l. 39. ff. b. t. diss. Accurs. & Mysing, ad rub. hic n. ult. Existimantes legem nomen duxisse à Caio Aquilio Gallo, quorum opinionem l. non esse conformem, cum VVes. ad prin. Instit. b. t. statuimus per l. 1. § ult. ff. b. t. & § ac nec 15. Inst. eodem; tum etiam, quia Caius Aquilius Gallus recentior fuit Q. Mutio. l. 2. § 41. & seq. ff. de orig. juris: Sequeretur igitur absurdum Mutium non disputasse de L. Aquilia, quod ipsum esset contra d. l. 39. Forst. disp. ult. lib. 3. q. 8. Injuriam autem hic non ut in injuriarum actione contumeliam quan-
dam, sed quod non jure factum est accipimus l. 1. de injur. id est, damnum culpa datum, etiam ab eo, qui nocere noluit l. 5. § injuriam ff. b. t. quare si defendendi mei causa lapidem in adversarium misero & non eum sed prætereuntem percussero, tenebor L. Aquilia: illum enim solum, qui vim in-
fert, ferire conceditur l. 45. § 4. ff. ad L. Aquil. VVesemb. in parat. ff. b. t. n. 4. c) § ac ne § 3. § illud 14. Inst. b. t. l. qui occidit 30. § in hac a-
ctione 3. ff. ad L. Aquil. d) Culpam esse, quod cum à diligente provideri potuerat, non esset pre visum, dicit ICtus Paulus in l. si putator 31. ff. b. t.
Unde non tantum levis, sed etiam levissima hic venit praestanda culpa l. 5. §

injuriam l. scientia, § 1. d. l. si putator 31. ff. b. t. Nam minima etiam
negligentia, imperitia, excessus, infirmitas culpa annumerantur l. imperitia
132. ff. de R. f. l. 28. § 29. ff. ad L. Aquilam § 7. Inst. eodem. c) l.
2. ff. ad L. Aquil. quia proprium servum occidere poterit dominus § in po-
testate Inst. qui sui vel alie. jur. sunt. Cum alias rei sua quicq; sit mode-
rator & arbiter l. in remandata C. mand. Vnde qui servum dcebat, si eum
juste interficiebat, liberatur l. 53. § 3. de legat. i. Quod tamen Constitu-
tione Antonini est mutatum § ult. Inst. de his qui sui vel alien. jur. sunt.
quā domini servum sine causa occidentes, non ex hac, sed ex L. Com. tenen-
tur, per d. § ult. d. t. VVesemb. ad d. § ult. n. s. f) d. princ. Inst. b. t.
d. l. 2. in princ. ff. ad L. Aquil. Est autem pecus que gregatim sub imperio
pastoris pascitur, ut sunt, equi, muli, asini, oves, boves, capra, sues, § 1. Inst.
ad L. Aquil. l. e. § 2. ff. eod. l. 65. § 4. delegat. 3. g) d. princ. & §
i. d. l. 2. b. t. Sive id fiat armis, vel alio quocunq; modo l. 7. § 1. hic l. 4. ff. de
lib. agnos. h] § capite 13. inst. b. t. l. si servus 27. § 5. & nonnullis seqq. ff.
ad L. Aquil. Hoc ergo caput tertium, non tantum ad omnia animalia, sed
etiam ad res inanimatas pertinet, quare etiam, verbo rei usus est Aqui-
lius Treut. d. disp. 18. th. 5. lit. d. i) Olim L. Aquilia tria fuerunt ca-
pita quorum secundum in desuetudinem abyss, sua jam atate, Fctw Vlpia.
in l. 27. § 4. ff. ad L. Aquilam fateur, quod Cujac. in parat. b. t. putat
fuisse de intercepta nobis utilitate, idq; probat ex Plinio lib. 9. nat. hist. c.
59. Grah. in not. princ. ad §. 4. lit. d. & ad § 6. lit. e. d. l. si servus 27.
Chiflet, vero existimat. in secundo cautum fuisse, de servo corrupto arg.
l. 5. § hac actio ff. de serv. corrupt. testante Marb. Steph. Vol. i. part. 3.
disput. 1. th. 2. Reliqua vero capita, in usu manserunt tot. tit. Inst. & ff.
de L. Aquilia.

X.

Causa efficiens est dolus (a) & culpa (b). Mate-
ria est in primo capite, servi (c), vel pecudis (d) occi-
sio: in secundo, servi vel pecudis vulneratio : quæ
non sunt pecudum numero occisio : (e) Rerum ina-
nimatarum corruptio (f).

a) § 3. b. t. l. qui occidit 30. § 3. Vnde furiosus, insans, & impubes,
qui doli capax non est damnum dans, in hanc L. Aquil. non incidit, l. fu-
riosus ff. de R. I. l. 5. §. 2. ff. b. t. Quid vero si navis fune rupta, vel cum à
nullo regeretur incurvisset & damnum dedisset? In dominum eo nomine non
dandam

dandam esse actionem cum Fabr. s. conject. 17. in pr. statuimus : Humanus
enim providentia casus fortuitos prævidere non potest. Similiter eum , qui
in publico certamine aliquem laetit aut occidit , quia virtus causa factum
est , à L. Aquilia liberandum esse defendemus. b) d. § ac ne 3. h. t. Si
iraq; quis latronem sibi insidiantem servato moderamine in culpa iutelæ
occiderit , nunquid hac Lege teneatur ? eum non teneri putamus , per l. ut vim
ff. de Inst. & jure. l. 4. C. ad L. Corn. de sciar. Gail. 2. observ. 10. n. 13. Nec
eum qui surem nocturnum , cui sine periculo parcere nequit , interficiat l. 9.
surem ff. ad L. Corn. de sciar. Schneid. in §. injuria n. 6. Inst. de L. A-
quila. Nec eum qui casu damnum dedit , modo ne culpa ejus argui possit.
Quare miles dum bombardas tractat si in loco ad exercitia militaria desti-
nato , transcurrentem interimat , Aquilia non subiacebit § ac ne is quidem
§ itaq; si quis Inst. h. t. l. 9. § 4. ff. ad L. Aquil. c) Servum enim Aquilius
quadrupedi comparat d. l. 2. in pr. & § 2. ff. ad L. Aquil. quia non
babet caput civile , l. 3. in fin. ff. de capit. min. Anne igitur in libere homi-
ne vulnerato locum habet L. Aquilia ? & habere dicendum , l. 13. pr. l. 7.
in pr. ff. ad l. Aquil. l. 52. § 16. ff. pro socio. Non quidem ad estimationem cor-
poris , sed damni dati d. II. Cujac. 21. observ. 20. & utili non directa L. Aquilia
actione agere possunt. De hoc controvertitur valde : An libero Homine occiso
heredes ejus uile L. Aquil. actione agere possint Gometz. 3. var. resol. 3. n. 37.
